In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam prouida mortalium solercia considerata rerum humanarum labilitate

et diligencius reuoluen quod illa que fiunt sub tempore faciliter et vnacum fluxu temporis euanescunt et e memoria hominum depereunt constituit ea literarum presidio et testium annotacione
perhennare Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lithuanie Necnon terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiauie Russie Prussieque ac Culmen Elbingen
et Pomeranie dominus et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quomodo venien ad nos et Consilia
riorum nostrorum tunc nobiscum existencium presenciam Consules Opidi nostri Wyeliczka exhibuerunt coram nobis certum ipsorum priuilegium tenoris infrascripti Supplicaruntque humiliter
nobis vt illud de gracia et munificencia nostra Regali confirmare Ratificare et approbare dignaremur Cuiusquidem priuilegij tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis Kazimirus dei
gracia Rex Polonie et Magnusdux Lithuanie Russie etc Significamus tenore presencium quibus expedit Vniuersis Quod Ciues nostri Wyelicien exhibitis literis Serenissimorum principum olim dominorum
Genitoris et fratris nostrorum carissimorum celebris memorie predecessorum super libertate dacionis podwodarum condicionali ipsis concessa nobis humiliter supplicarunt vt iuxta continenciam clausulas et
condiciones in ipsis literis expressas easdem confirmare dignaremur Quod dum ibi in Wyeliczka constitueremur in persona nostra tunc pro coquina nostra tantum currus et equos podwodorum
more tempore Regis Kazimiri prefati tento et obseruato aut incumbente aliqua notabili et pregnanti indigencia seu necessitate dum scilicet hostes vastarent terras nostras quod deus auertat vt
aliqua alia comunis bonum Regni nostri necessitate seu opportunitate vrgente ita quod sine eis fieri non posset casu dare debent et tenentur taliter et non aliomodo Iciam querulati sunt quod crebro
et continuis ipsorum equorum ad podwodas dacionibus agrauantur ita vt iam affirment non posse habere equos in Ciuitate sua ad equitaturam valentes maxime autem per hoc asserunt
se grauari quia procuratores nostri Cracouien occurrentibus podwodis illas podwodas quas debent mittere in Bochnia prout ab antiquo tenebatur duxerunt super Wyeliczkam cum tam Wyelicz
ka iaceat extra viam Bochnen et sic nobis dampnosum duplices soluunt pecunias pro dictis equis podwodorum qui ad vnum possunt precium conuenire Vnde nos attendentes tam ad hu
miles supplicacionem quam et querelam ipsorum Vobis omnibus et singulis tam procuratoribus generalibus Cracouien quam etiam Militibus Nobilibus et Nunctijs nostris quibuslibet presentibus req
uiren habere volentes iniungimus et Mandamus Quatenus prefatos Ciues nostros Wyelicien pro equis podwodorum vltra premissa scilicet preter arduas et pregnantes Regni nostri necessitates sicut
hostium incursus aut pregnantes opportunitates totum Regnum contingentes nulla presumatis neque debeatis inequitare racione Relo vero Generosi Nicolai de Zakrzow Castellani Wislicien
ac alijs procuratoribus nostris Cracouien generales pro tempore existen ex quo Wyeliczka iacet extra viam Bochnen non debeatis neque debetis podwodas ducere super eam sed dictis et apprecatis more
consueto et vobis statuto directe in Bochnia et ita et non aliter facturi pro gracia nostra Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum Dat in Pyotrkow feria secunda post
festum Sancti Bartholomei proxima Anno domini Millesimoquadringentesimo quadragesimo septimo Relo Magnifici Petri de Szczekoczini R. P. Vicecancellarii Quibusquidem supplicacionibus
tanquam iustis benigniter annuentes Priuilegium premissum in omnibus eius punctis condicionibus et articulis approbandum Ratificandum et confirmandum duximus approbamusque Ratificamus
et confirmamus tenore presencium mediante decernen ipsum robur perpetue firmitatis obtinere Et propterea omnibus quorum interest et signanter Magnis procuratoribus Castri Cracouien et Wyeli
cen Bochnensis Zuppario Zupparijs nunc et pro tempore existentibus Ceterisque Militibus Nobilibus et Nunctijs nostris quibuslibet presentibus requiren Mandamus strictius precipien Quatenus eosdem
Opidanos Wyelicien secundum condiciones clausulas et articulos in priuilegio ipsorum premisso contentas conseruetis et quilibet vestrum conseruet perpetuo In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est subappensum Actum Cracouie feria tercia festi Sancti Jeronimi Anno domini Millesimoquingentesimoquinto Regni vero nostri anno quarto presentibus
Reuerendissimo et Reuerendis in Christo patribus dominis Andrea Gneznen et primate Bernardino Leopolien Archiepiscopis Johanne Cracouien Johanne Poznanien Mathia Premislien Ecclesiarum
episcopis et Regni nostri vicecancellario Necnon Magnificis Venerabili et Generosis Johanne de Tharnow Cracouien Petro Myschkowski de Myrow Lancicien Johanne de Tharnow
Russie Nicolao de Crzozwanki Lublinen et Stanislao Kmytha de Wyschnycze Belzen palatinis Jacobo Syrkliczki Woynicien Johanne Jordan de Zakliczyn Bychen Petro Schaffra
nyecz de Pyeschkowaskala et Stanislao de Mlodziejowicze Radomien Castellanis Stanislao de Chodecz Marschalco Johanne de Lasko Cancellario et Jacobo de Schydlowyecz

In nomine domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Provida mortalium solercia considerata rerum humanarum labilitate
et diligencius revoluens quod illa que fiunt sub tempore faciliter et vnacum fluxu temporis evanescunt et e memoria hominum deperreunt constituit ea literarum presidio et testium annotacione
perhennare. Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie Prussieque ac Culmen Elbingen
et Pomeranie dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quomodo Venien ad nos et Consilia-
riorum nostrorum tunc nobiscum existencium presenciam Consules opidi nostri Wyeliczka exhibuerunt coram nobis certum ipsorum privilegium tenoris infrascripti Supplicaruntque humiliter
nobis vt illud de gracia et munificencia nostra Regali confirmare Ratificare et approbare dignaremur. Cuiusquidem privilegij tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Kazimirus dei
gracia Rex Polonie et Magnus dux Lituanie Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod ciues nostri Wyelicen exhibitis literis Serenissimorum principum olim dominorum
Genitoris et fratris nostrorum carissimorum celebris memorie predecessorum super libertate dacionis podvodorum condicionali ipsis concessa nobis humiliter supplicarunt, vt iuxta continenciam clausulas et
condiciones in ipsis literis expressas easdem confirmare dignaremur. Videlicet dum ibi in Wyeliczka constitueremur in persona nostra tunc pro coquina nostra tantum currus et equos podvodorum
more tempore Regis Kazimiri prefati, tento et observato. aut incumbente aliqua notabili et pregnanti indigencia, seu necessitate dum scilicet hostes vastarent terras nostras quod deus avertat vel
aliqua alia communi bonum Regni nostri necessitate seu opportunitate vrgente. ita quod sine eis fieri non posset, easdem dare debent et tenentur taliter et non aliomodo. Eciam querulati sunt quod crebris
et continuis ipsorum equorum ad podvodas dacionibus aggrauantur, ita vt iam affirment non posse habere equos in Ciuitate sua ad equitaturam valentes maxime autem pro hoc asserunt
se grauari, quia procuratores nostri Cracouien occurrentibus podvodis illas podvodas quas debent mittere in Bochnia, prout ab antiquo tenebatur, diuertunt super Wyeliczkam Cum tamen Wyelicz-
ka iacet extra viam Bochnen et sic nobis dampnosius duplices solidos pecunias pro dictis equis podvodorum, qui ad vnum possunt precium conuenire. Vnde nos attendentes tam ad hu-
miles supplicaciones victum et vicinitatem ipsorum Vobis omnibus et singulis tam procuratoribus generalibus Cracouien quam eciam Militibus Nobilibus et Nuncijs nostris quibuslibet presentibus req-
uiren habere volentes iniungimus et Mandamus Quatenus predictos Ciues nostros Wyelicen pro equis podvodorum vltra premissa scilicet preter arduas et pregnantes Regni nostri necessitates sicut
hostium incursus aut pregnantes opportunitates totum Regnum contingentes nulla presumatis neque debeatis inquietare racione. Vos vero Generose Nicolae de Zakrzow Castellane Wislicien
ac alij procuratores nostri Cracouien generales pro tempore existentes ex quo Wyeliczka iacet extra viam Bochnen non debeatis neque debetis podvodas diuertere super eam, sed detis et apprecietis more
consueto et vobis statuto directe in Bochnia et ita et non aliter facturi pro gracia nostra. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum in Pyotrkow feria secunda post
festum Sancti Bartholomei proxima Anno domini Millesimoquadringentesimo quadragesimo septimo. Relacio Magnifici Petri de Szczekoczini R. P. Vicecancellarij. Quibusquidem supplicacionibus
tamquam iustis benigniter annuentes privilegium preinsertum in omnibus eius punctis condicionibus et articulis approbandum Ratificandum et confirmandum duximus, approbamusque Ratificamus
et confirmamus tenore presencium mediante decernentes ipsum robur perpetue firmitatis obtinere. Et propterea omnibus quorum interest et signanter Magnis procuratoribus Castri Cracouien et Wyeli-
cen Bochnensque Zupparum Zupparijs nunc et pro tempore existentibus Ceterisque Militibus Nobilibus et Nuncijs nostris quibuslibet presentibus requiren Mandamus stricte precipien Quatenus eosdem
Opidanos Wyelicen, secundum condiciones clausulas et articulos in privilegio ipsorum premisso contentas conseruetis et quilibet vestrum conseruet perpetuo. In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum Cracouie feria tercia festi Sancti Jeronimi Anno domini Millesimoquingentesimoquinto Regni vero nostri anno quarto. Presentibus
Reuerendissimo et Reuerendis in Christo patribus dominis Andrea Gneznen et primate, Bernardino Leopolien Archiepiscopis, Johanne Cracouien, Johanne Poznanien, Mathia Premislien ecclesiarum
Episcopis et Regni nostri Vicecancellario. Necnon Magnificis Venerabili et Generosis Johanne de Tharnow Cracouien, Petro Myschkowski de Myrzow Lancicien, Johanne de Tharnow
Russie, Nicolao de Curozwanki Lublinen et Stanislao Kmytha de Wyschnycze Belzen palatinis, Jacobo Syeklieczki Woynicien, Johanne Jordan de Zaklyczyn Byecen, Petro Schafra-
nyecz de Pyesschowa Skala V[illegible] et Stanislao de Mlodzieiowicze Radomien Castellanis, Stanislao de Chodecz Marschalco, Johanne de Lassko Cancellario et Jacobo de Schydlowyecz
Thezaurario Regni nostri, [illegible] Stanislao Jarotzki Marschalco et Stanislao Schafranyecz de Pyesskowa Skala Succamerario Curie nostre Ceterisque quamplurimis Dignitarijs Officialibus et
Curien nostris sincere [illegible]bus nobis dilectis. Datum per manus prefati Reuerendi in Christo patris domini Mathie episcopi Premislien et Regni nostri Vicecancellarij sincere Nobis dilecti etc.

Math. D. Eps et V[illegible]

Relacio eiusdem Reuerendi in Christo patris domini Mathie
episcopi Premislien et Regni Polonie Vicecancellarij

W 20.

De Poducolis non dandis

A.o 1409

N.o 6